



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lib. XXXVI. Digiti, seu de digitorum mensuris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

JOANNIS PIERII VALERIANI HIEROGLYPHICORUM

LIBER XXXVI.

DE DIGITIS ET MENSURIS.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD ERUDITUM VIRUM FRANCISCUM ROBORTELLUM, IN ACADEMIA
PATAVINA BONARUM LITERARUM PUBLICUM
PROFESSOREM.

Ulmo super scripta tua omnisaria doctrina plenissima, & utriusque lingue ornatissima, summa cum voluptate legerem: incidisseque in observationes eas, quas doctissimo viro Joanni Suerio scripseras: duplici sum dolore affectus, ob amici memoriam, qui tam miserabiliter nobis crepuit, noctu in habitatione sua clam trucidatus: deinde commentario eo amissa, quod amicitia vestra pignus paulo ante illi recognoscendum de domo, sed adhuc absque titulo: ita duplici hac iactura & amici, & libelli facta, summo opere dolere cogor, quod potuisses doni ejus haeres esse. Ne vero amplius hoc accideret, cepi ante omnia commentariis omnibus titulum inscribere, & cum magni nominis Philosopho Bernardino Tomitano de digitorum numeris libellum inscripserim, superesse vidi alterum de digitorum mensuris, eumque ne amicos nimium obtundere, tibi, Franciscus Robortelle doctissime, commendavi: quamvis partem hanc prateriturus eram, quod ea parum sua vis videbatur, verebarque ne imago sine eadem toties repetita, satiaret potius quam oblectaret. Partem tamen hanc omni jure tuam non modo legendam, verum etiam examinandam tibi commendabo, quod id in animum induxi meum, eventurum, ut quem admodum ego doctrinam tuam mihi laudi fore persuadeo, tu quoque pro animi tui candore preces ad rem tuam facere, ut quicquid ego scribere sum aggressus, id tui, & aliorum amicorum operam politius fiat. Vera enim necessitudinis ea lex est, ut amicorum existimationem non secus, ac si eadem nobiscum inebatur navi, nobiscum idem idem & servari, & omne periculum adire judicemus.

De digito
communi-
ter.

Debuerant quidem digiti in Manuum commentarium, sed quoniam tam varia tamque multiplex est eorum materia, quam comprehenderunt, ut iidem ipsi uno nequiverint commentario coarctari: necesse fuit eorum argumenta dividere, quorum alter liber circa numeros verberetur, cumque numeri quoque ipsi sua gerant hieroglyphica, separatim de numeris per digitorum gestulationem significatis, & quorundam etiam numerorum intellectu mystico, differendum fuit. Alter hic de digito communiter, ad rem pertinet hieroglyphica. Demum, quia digitus idem dimensionem præcipue significat, eamque creat, addenda erunt dimensionum & species & significatio, cum quæ peculiariter quisque sibi digitus comparaverit, ad calculum examinaverimus.

ALMUS SPIRITUS. CAP. I.

Luc. xi.

UT vero rem auspiciatius exordiamur, ad alium conversi Spiritum, qui nos afflet, eum dicemus in Divinis literis per digiti hieroglyphicum & intelligi, & nominari. Evangelio autem, omni sumnota dubitatione, ut cum Astartor dicit: *Si in digito Dei ejicio demonia, profecto venit in vos regnum Dei.* Quo loco D. Gregorius ex eo manifestum esse ait *Digitum pro sancto Spiritu accipi: quod cum* Marcus

A Marcus posuerit, Si in digito Dei, alius Evangelista dixerit, Si ego in Spiritu Dei. Porro in precibus, quas certo anni tempore almo huic Spiritui allegamus, Dextera Dei digitum eum appellamus. Præterea D. Hieronymus eo opusculo, cui de Divinitatis essentia titulus est, digitum unitatis numero, pro almo eo divinoque Spiritu accipi debere profiteretur, quo lex in duabus tabulis in monte Sina scripta fuerit: ipse enim, ut idem ait, scripsit, qui & dictavit.

PROPHETÆ. CAP. II.

Número vero multitudinis digiti sunt Prophetæ, per quos Spiritus idem almus libros Legis afflatu suo conscripsit: unde Davides, Videbo calos tuos, opera digitorum tuorum, ubi per cælos ipsam Prophetarum incitationem accipiunt, qua correpti, admiranda tot oracula de divinis humanisque rebus in posteros consparere. Sunt qui Palmographum dicant ad historicum sensum simpliciter respexisse, per digitum tamen virtutem Dei exponant. Unde Magi Pharaonis cum Moseos miraculis cederent, Digitus Dei est, dicebant: ubi pars pro toto, digitus pro manu: nam omnino manus, ut loco suo dictum, confecti operis hieroglyphicum est. In mundi vero totius fabrica, nihil cælo ipso admirabilius.

MEDITATIO, VEL ULTIMO. CAP. III.

Quod si hominem digitos aut unguis suos commorquentem pictum sculptumve inspexeris, scias eo gestu, alias quidem meditationem, profundumque ad ecstasim usque cogitatum intelligendum: alias vero penitentiam facti, ulciscendive minas. Illud significatum apud Persium & Horatium habes, quorum alter dicit: Nec pluteum cedit, nec demorsos sapit unguis: alter & in versu faciendo: Sape caput scaberet, vivos & roderet unguis. utimum apud Propertium habes: Ungue meam morso saepe querere fidem. sed hæc omnibus notissima præterimus.



Digitos commorquentis, qui

LASCIVA MOLLICIES. CAP. IV.

Aspicias forte statuam saltatorio gestu positam, ritu barbarico adornatam, digitis supra caput veluti argutum aliquid crepitantibus, ea hieroglyphice lascivas mollicies, & enervatæ nequitie delicias indicat. Et uno digito caput scalpere delicatæ admodum molliciei signum est, quod Cn. Pompejo vitio datum, usque ad inimicorum publicum cavillum, ait Plutarchus: quo super gestu Juvenalis etiam mordaciter jocus, cum dixit: Qui digito scalpunt uno caput. Pluribus vero modis hæc in digitis mollicies notata gestulatione, munditia nimia, ornatu gemmarum annulorumque sumptuoso, motuque ad mimicum propius accedente. Quare Chilonis Lacedæmonii dictum est, inter loquendum manum moveri non debere. Et Hebraico proverbio dicitur, Strultum digito loqui,



Plutar. in vita Pompei dicitur nimirum a Calvo Poeta. Juven. Sat 9. Juvenalis: Chilonis & Hebraeorum dicitur via,

SOCIETAS. CAP. V.

Licet in duabus confertis manibus fidei fœderumque hieroglyphicum locupletius habeatur, non est tamen illud dissimulandum, quod de pollicibus est à Cornelio Tacito traditum: morem quippe fuisse Regibus quorundam barbarorum, quotiens in societatem coirent, applicare dexteras, mos antipollicesq; inter se vincere, modoque perstringere, & ubi max sanguis extremos pervenisset, quum, levi

Fœderis percussio dicitur quum, levi

levi vulnere cruorem eliciebant, atque invicem lambebant: idque fœdus arcanum, quasi mutuo cruore sacratum haberi solitum.

FURIÆ ORESTEÆ. CAP. VI.

Qui vero digitus lapideus parvo olim tumulo superpositus erat, inter Megapolim & Messeniam in regione Mania nuncupata, à quo quidem digito tumulo nomen fuit, non alia de causa erectus fertur, auctore Pausania, nisi quia Orestus furis agitatus unum ipsemet sibi à manu digitum abroferit, remque eo monumento notare voluerit.

PACIFICATIO. CAP. VII.

Sed quoniam ad pollicem reversi sumus, qui aliorum dux est & dominator, super eo quorundam quæ hieroglyphicum sapiunt, apponemus. Hic inter alia significata compositæ pacis hieroglyphicum cum apud Romanos habitus: eo quippe gestu, ut manus porrecta subjiceretur. Rem tangit Quintilianus Rhetor, ubi ait: *Qui gestus in statuis pacificatorum esse solet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure prætenso, manum inflexo pollice extendit*, quod perperam in codicibus aliquot impressis legitur, *inflexo pollice*, quod nihil est. Atque hinc locus apud Papinium Sylva prima intelligitur: *Dextra venter pugnas*, ubi de gestu hoc dubio procul accipiendum: de quo quia multa alii, rem ego breviter subtrixi. Hunc gestum periti antiquitatum agnoscunt in Marci Aurelii statua, quæ nunc ante Lateranas ædes, ex ære, magnitudine colossæ, equo insidens visitur: dexteram enim porrigit resupinam, inclinatam, digitis disjunctis, pollice deorsum verso.

FAVOR. CAP. VIII.

Favor autem assensusque alienæ victoriæ præstitus: aut, cum aliquem strenue facientem laudare vellent, per sublatum pollicem exprimebatur. Hinc illud apud Horatium, epist. 18. lib. 1.

Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.

Mos attol-

lendi polli-

cis, varia

d. notat.

hoc est, *maxime favebit*. Quippe si pollicum alter fatis est ad favorem indicandum, uterque in eum gestum adhibitus quam maxime favere profitebitur. Nam & qui certabant, cum succumbere se, & hosti victoriam cedere fatebantur, pollicem sustollebant. Unde illa in victos apud Græcos imperitatio, *αἴεξ δακτύλου*, quod alio de more nostri *Herbam dare* dicere maluerunt. Nostro vero tempore cum universa Italia, & tota etiam Europa alterutri ex duabus factionibus damnata sit, moris est, his pollicem, illis indicem attollere, si cui faveant factioni, attestari voluerint, idque utinam studio non tam perditio fieret: non enim Italia omnis sibimet adversaria, omnium hinc præda exposta, tot citades, direptiones, incendia, desolationesque suarum jam omnium urbium, tam continenti per tot annos bello pateretur, seque mox ob solam suorum pertinaciam, implacabileque dissidium, ruituram miserabiliter deploraret.

Tolle digi-

tum, hoc est

fateri te

vicium.

Guelphorū

& Gibelli-

norum.

TRUCULENTIA. CAP. IX.

Versus pol-

lex, quid.

Quem vero versum pollicem apud Juvenalem, & aliquot alios legas, nihil habentem cum favore simile, sciendum est id tyrannorum quorundam signum fuisse temporarium, ut eo scilicet tempore sicarii percussoresque in eadem trucidationemque populi debacchari inciperent, cum signum id versi pollicis ab Imperatore datum observassent. Qua de re, scholis omnibus nota, & nihil ad hieroglyphica pertinente, plura dicere non puto necessarium.

ROBUR. CAP. X.

Pollicis ety-

mologica

ratio.

Quo dem-

tio mon-

cus sit futu-

rus ma-

nuus usus.

ID potius referemus, robur validasque vires per pollicem significari, si surrigatur, quatuor reliquis ad volam appressis. Nam ea de causa *ἀντίχειρ*, à Græcis dicitur, quod pari cum reliqua tota manus robore contendat, alteriusque manus vice fungatur, ut Galenus interpretatur. Apud Latinos autem quo præcipue polleat, nomen habet: is enim dominatur in manu, nec in sinistra cessat, quam is et tota sit ignava, neque minus quam tota manus semper in officio est. Quin & veteres hunc præstare aliis intelligentes, Hallum eum appellabant, quod in reliquorum dorsa unus omnium insisteret: inspirationem enim loco S litteræ positam nonnunquam ab antiquis invenias, & vice versa, S pro H. Sed longe simplicius est hallum ab *ἀλλω* vel *ἀλλομα* deducere, id enim salire est.

INUTI.

A Hominem bello inutilem ostendere qui volunt, manum abscisso pollice faciunt: digitus enim hic summotus, hominem actionibus & præsertim bello inutilem reddit, hæc de causa legas graviter animam versum in nonnullos, qui bellum detrectandi causa sponte sibi pollices amputassent, ut æsenatu in C. Votienum, vel ut alicui legitur, Votienum: à Cæsare etiam Augusto in quendam equitem Rom. qui duobus filiis adolescentibus causa detrectandi sacramenti pollices amputaverat. Marcellinus cum Gallos militiae semper obvios & expositos ostendere conetur, nostram vero ignaviam (quod Græcæ vir ingenii libenter admodum facit) incessere, reprehensioniq; obiectare, neminem unquam apud eos ait, quod in Italia perierit, munus Martium pertimescentem pollicem sibi præciderent. Sane vero Athenienses, crudeli admodum atque immani exemplo, Arginetarum iuventuti pollices præciderunt, ne populus qui classe valebat, descendere secum posset in virium maritimarum certamen.

*At sic et
Votienus
licet.*
*Galli belli-
cosiores Ita-
liæ, ex Mar-
cellino.*

DE INDICE. CAP. XII.

Pollici proximus est Index, ita dictus, quod eum porrigere solemus indicando. Sunt qui eum Salutatorium etiam appellent, sunt qui Medicum, neque desunt qui Lichenon esse velint: sed horum prosequi controversias, nostri non est instituti, qui ad hieroglyphica festinamus. Satis igitur fuerit eum Indicem Romano nomine nuncupare.

SILENTIUM. CAP. XIII.

Precipuum igitur digiti huius hieroglyphicum est, silentium indicare, si ori appressus figuretur, quo gestu Titi Livii Pataviani imago supra fores prætorii in ejus urbe patria dicata: nempe quod is scribendo a deo multa complexus, scriptoribus aliis silentium indixisse videatur. Hinc apud Apulejum libro 1. Metamorph. legas: *At illi digitem à pollice proximum ori suo admovent, & in stuporem attonitus, Tace, tace, inquit.* Et Pontianus Pontifex Epistola quadam: *Si est tibi intellectus, responde proximo: si autem hæc asserit manus super os tuum.* Ita & Eutychnianus, quæ verba sunt ex Salomonis dictis. Et Damascus epistola de Coepiscopis, *Digitum ori imponite, hoc est, nihil alterius loquamini.* Ita & apud Jobem c. 31. *Principes cessabant loqui, & ori suo digitem superponebant.* In omnibus vero templis, ubi colebatur Isis & Serapis, simulacrum erat digito labris impresso, quod multi interpretantur, tacendum esse: illos itidem mortales fuisse. Sed quæ fuerit Harpocratis effigies apud Ægyptios, literariis ludis omnibus innotuit. Figmentum hoc porro totum Ægyptiacum fuit, quod digito labris impresso, significaret de diis immortalibus habendum, in quos ne licentiosi loquendo simus, à Platone etiam monemur, Legibus. Alias Harpocratis sigillum in anulis gestari solitum à veteribus ea de causa tradit Plinius, ut silentium de agendis rebus indicarent. Angeronæ autem effigies obligato ob-signatoque ore fuit apud Romanos, ut silentio prætereundum innueret, in cuius tutela numinis urbs Roma esset, quodque proprium illi nomen ob eam scilicet superstitione, ne tutelares dii sacris quibusdam avocarentur, devoverenturve. Hinc Valerium Soranum neci traditum constat, quod arcanum hoc propalare ausus esset. Eaque de causa Plinius de Roma loquens ait: *Cujus nomen alterum dicere arcanis ceremoniarum nefas habetur.* Quod vero ad ob-signatum os facit, Alexander Macedo cum matris epistolam accusationis in Antipatrum plenam una cum Hephæstione legisset, detractum è digito signatorum anulum ori illius appressit, silentii monumentum.

*De Angero-
na Macrob.
Sat. lib. 1. c.
10.*
*Effigies An-
gerona.*

EX PATIENTIA VOLUPTAS. CAP. XIV.

Sed nihil fere tam erudite traditum à quopiam est, ut non ingenia inventa sint, quæ aliorum commentationes evertere conarentur. Inventus est siquidem scriptor Masurius nomine, qui Angeronæ simulacrum, quod Romæ in sacello Voluptatis obligato, uti superius, ob-signatòque ore visebatur propterea confictum ait, quod qui suos dolores anxietatesque dissimulat, patientiæ beneficio ad maximam perveniat voluptatem. Nam & Verrius Flaccus Angeronam dici ait, quod angores & animum sollicitudines propitiata depellat. Sed quamvis alia atque alia etiam super Harpocrate commentati sint ingeniosi viri, illud ego minime dissimularim, quod summæ eruditionis authores approbasse videntur.

*Hæc à Ma-
crobio. Sat. 1.
c. 10.*
*Ratio sumu-
laci Angi-
pocrati.*

tur, summum Deum ex eo figmento silentio coli debere, quod & in Pisce, & in Crocodilo, & alibi ex Jamblichi monitis aperuimus. Et in pietatis Christianæ sacris preces pleræque sunt, quas ad Optimum Maximumque Deum nulla emissa voce dirigere jubemur. Super Harpocrate demum Plutarchus multa, quæ quorundam multorum commentariis vulgata sunt, ea non existimavi hic ad commemorandum necessaria. Illud unum minime præteribo, traditum ab Ægyptiis Oron & Harpocratem digito ad labia appresso coalitoque in lucem editos, eodemque modo & Heraiscum, magnæ apud eos celebritatis viros. Jam apud Romanos silentii nota fuit S, prima ejus nominis litera, quæ tricliniis, & diætarum foribus superponi consueverat, ut inde silentium convivis indiceretur, quando multa inter bibendum dici soleant licentius atque liberius, quæ palam efferre nefas. Unde Flaccus Torquato ad cœnam invitato cauturum se pollicetur, ne fidos inter amicos sit, qui dicta foras eliminat. Et convivas memores odio habendos esse, Græco, quod Martialis ponit, adagio monemur, *μηνονα συνοστρον* Procille. Vino enim libertas, unde Lyæi nomen, attributa apud Comicos nonnunquam invenias ad S literam, T quoque adjectam, ut Phormione Terentius, S T.

Si memorem compositionem.

DE MEDIO. CAP. XV.

Hinc Gallicum Licher. Procopium, nimirum Sophistam in epistolis.

Medius à situ ipso nomen accepit, ab officio Medicus, à loquendi usu Infamis & impudicus. Sunt qui hunc non Hallum, sed Lichanon velint, *ἰατρὸν τὸ λέεινον*, quod nos Lambere dicimus, ut ita exploratis uniuscujusque rei saporibus quid ad stomachum faciat quidve ab eo repudietur, intelligamus. Apud Procopium legimus, summo quid digito gustatum, cum tamen in digito nullo gustandi vis esse possit: intellexerit tamen ille, sublitera digiti extremitate ori aliquid adnotatum.

STOMACHUS. CAP. XVI.

Cur digitus præsertim medius stomachum significet.

Sane quidem Ægyptii sacerdotes, ut apud Horum habetur, ex digiti pictura stomachum hieroglyphice intelligebant: sed neque certus illic digitus, neque cur id fecerint, explicatur. Dici forte posset ab officio, quia solent, qui gravantur ex crapula, auxilium alleviationemque ab eo plurimum deprecari, quo scilicet in summum gutturis immisso, incitata nausea evomere compellantur, atque ita sibi incommodi ejus remedium comparant. Vel quia Medici stomachum totius corporis Regem appellant: quippe qui omnibus portiones suas certa quadam dimensione impartiri videatur. Digiti vero præcipuum hieroglyphicum est, mensuram præ se ferre: de qua multa paulo post loco suo. Ea vero à medio ad extremum unguis, & ad radicem suam, æqua dimensione divisus, alterutra pollicem & auricularem æquat, circino ad interiores cutis angulos appresso: mox frontem, nasum, aures, & pleræque alias humani corporis partes dimetitur, cujus quidem rei studium ad pictores, & statuarios delegabo. Neque me latet, esse qui Lichani nuncupationem in anulare transferant, sed ipsi sententiam suam probent. Quem nos Medium & Medicum dicimus, hic nimirum est, qui etiam impudicus.

INFAMIA. CAP. XVII.

De Diogene dictum. Perseus in Satyris. D. Laert in ejus Vita. A Martiale.

Exporrectus enim medius, reliquis in pugnum attractis, virilis pudendi species quædam ostenditur, eoque gestu infamiae est hieroglyphicum, de quo Satyricus:
— *Cum fortuna ipse minaci*
Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem.
de Diogene dictum, qui hospitibus quibusdam Demosthenem videre, cognoscereque anxie quantantibus eum ostendit, medio digito, pro indice porrecto, ut scilicet illum impudicitiae aut ignominiae cuiuspiam notaret. Mitto illa nota nimis: *Et impudicum ostendit digitum.*

A Nulari, qui minimo proximus est, nomen dubio procul inditum ab anulo: quo digitus is insigniri solitus. Cur id institutum, varix sunt authorum opiniones, ex quibus nos pluribus aliis omittis quas in Gemmarum commentario recensuimus, eas quæ potiores videbantur afferemus.

COR. CAP. XIX.

Illud autem primum omnium manifestum est, anularem digitum cordis esse hieroglyphicum: ^{Egyptiorum ritus in suis sacris.} eaque de causa institutum ab Aegyptiis, ut is anulo tamquam corona honestaretur. Eundem sacerdotem cum circa deorum aras operabantur, confectis odoribus illinebant, ejusmodi que honores illi ea de causa haberi solitos ajunt: quod dissectionum periti nervulorum quendam à corde natum, per dorsum ad cor tendere, & in eo definire compertum habuere. Sane solebant in ejusmodi anulis eorum etiam imagines fieri, quorum memoriam colerent atque observarent, ii qui eas gerebant, ita nos sibi præcipue esse cordi, cum quadam etiam ambitione, omnibus ostentantes. Unde **B** Cicero libro de Finibus, Epicuri studiosos memorans, *Epicuri imaginem, inquit, non modo in tabulis, sed etiam in poculis & in anellis habebant.*

CONJUGIUM. CAP. XX.

Hic porro digitus anulo insignis, conjugii est hieroglyphicum, eaque de causa sunt qui eum Pro-Vincula nubum appellant. Hinc Major, vincula jugalia, posuit pro connubio. Et in Divinis literis inditum sponsalitiis anulum, arrhabonis indicium, nuptiarum causa legimus, eumque morem & institutum omnes Christianorum conventus semper obtinuerunt. Unde Septimius Florens digitum hunc & pronubum appellavit, & anulum quoque pronubum, eo loco: *Nam & mulieres parcissima patrum sobrietate aurum minime noverant, uno excepto digito quem anulo pronubo sponsu oppignorasset.*

VINCULUM. CAP. XXI.

Jugalia illa vincula monent, ut qua de causa anulus inter alia significata: vinculi etiam fuerit hieroglyphicum, aperiamus. Ea sic fertur: ^{Hoc à Luciano in dialogis Deorum. Jovis indignatio unde orta.} *Promethea olim Saturni lege perpetuis vinculis ab Jove damnata, ea mox conditione liberata, ut inde anulum lapide & ferro compactum gestaret, ne omnino exognatio un-* ^{de orta.} *lutus panna videretur: indeque anulorum usum propagatum.* Indignationem autem Jovis inde ortam ajunt, quod Prometheus Parcarum sortem de Thetidis filio, qui patre major & clarior futurus esset, patefecisset, atque ita Jovem ab ejus congressu deterruisset, ne se præstantior filius nasceretur. Sed enim, cum ejusmodi legis silentium in Jovis perniciem evasurum esset, fabulorum desiderio prudentiam, qui velint Jovem pro imperio & autoritate sibi conservata, Prometheus ita male multare voluisse.

SERVITUS. CAP. XXII.

Quod vero anulus sit servitutis hieroglyphicum, tam maritale signum attestatur, quod additam esse viro sponsam indicat, quam Pythagora symbolum exponit, dum nos arcum anulum gestare vetat quod ex divi Hieronymi interpretatione, non esse anxie vivendum admonet: quippe ^{Anuli etymon.} *ca vendum, ne nos in eam servitutem conjiciamus, quæ dura sit, & incommoda. Habet vero secum vinculi significatum anulus, quod tota ejus nominis originatio, quantum ad etymon attinet, ab AN particula desumitur, quæ Circum significat, atque ideo vinculum aut compedum manicarumve oppressionem. Essent vero super anulo plura commentanda, sed hic de anulari digito, non gestamine vel ornamento scribere institutum est meum: quare longe plura in commentarium id rejicimus, quo insignia pleraque ordine locoque suo interpretati sumus.*

VENIA. CAP. XXIII.

Petitiam à diis sermonis veniam, cum obsecratione, ne nostri memores delicti, ulcisci cogitent, eo exprimebant hieroglyphico, ut proximum à minimo digitum ad aurem dexteram referrent, quod tacto prius ore fieri institutum. Est enim locus ille Nemeseos, quam gestu hoc, ut in ore ostentum conciliari, crediderunt.

Chiroman-
tica obser-
vatio sal-
lax.

Super auriculari nullum hactenus hieroglyphicum inveni, id tantum apud Chiromanticos deprehendi, eum qui brevior hunc habeat quam legitima mensura deposcat, id est, ad tertium annularis nodum non perveniat, indicium esse eum illegitimo concubitu susceptum: sed quoniam ex divinatricibus conjecturalibusque disciplinis, si modo disciplina est talia profiteri, nulla est hac magis fallax, his omissis, ne digitus prætereatur indicium, ad ea me convertam, quæ de numero cuius præcipuum est hieroglyphicum, superius fuerant examinanda, nisi præ voluminis magnitudine morositatis notam declinare visum esset. Is igitur, cum, uti sequenti commentario explicabitur, & unitatem & quaternarium alio atque alio gestu præ se ferat, septenarium, quantum fieri potest, in extremam volam exporrectus ostentat. Numeri autem huius hieroglyphicum est, ut præter ea, quæ loco suo commemorata sunt, multipliciter, aut frequentem significet iterationem.

FREQUENS ITERATIO. CAP. XXV.

Septem, so-
cabulum
quid apud
Hebræos.

Hebrei autem in primis, ut Ægyptiacæ linguæ discipuli, SEPTEM de re pluries repetita ponere consueverunt. Unde argentum septies purgatum, pro sapius, Psalmo undecimo dictum, hoc est, ut Euthymius explicat, donec quicquid in eo terreni fuerat igne abstersum, exhalaret. Et Psalmo nono supra septuagesimum, *Redde vicinis nostris septuplum*, interpretes ajunt, septuplum Hebræorum more positum pro multiplici, quemadmodum & septem, sæpe pro multis. Nam & Regum 1. Theologi ponunt illud, *Sterilis septem peperit*, idem & Ecclesias septem pro multitudine. Jam Chrysostomus actione in Judæos quinta, septenarium numerum ait in Divinis literis infinitæ multitudinis signum habere. Et ita forte Virgilianum illud accipiendum:

Georg. l. 4.

*Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Rupe sub ærea deserti ad Strimonis undam
Flevisse. & alibi,*

Immania septem Terga boum.

Æn. lib. 5. & eodem modo pleraque.

SANCTUS SPIRITUS. CAP. XXVI.

Et sancti Spiritus prærogativa septenarius, de quo, ut infinita alia prætereamus, Esaïas c. 11. *Et requiescet super eo Spiritus Domini*, dein dona ejus VII. enumerat, *Spiritus sapientia & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientia & pietatis, & Spiritus timoris Domini.*

PERFECTIO. CAP. XXVIII.

Quæ vero plurima & Philon, & Hierocles, & alii super septenarii perfectione disputant, nunc omnia faciemus; illud quod nostri temporis inventum est minime dissimulabo, multarum rerum, ne de argento solo dictum hoc existimemus, quæ per ignis iterationem depurgantur, perfectionem in septima decoctione consistere; veluti quotidie cernere est in saccharo purgando: nam ubi septies igne id examinaveris percoxerisq; nihil quicquam ulterius proficit, sed lapide scit penitus, ne ulterius eliquari possit. Unde proverbium vulgo usurpatum de re, quæ summam adeptam sit perfectionem, *Septima decoctionis saccharum*, ubi sagacissimum quempiam atq; valerrimum hominem designamus.

HUMANÆ VITÆ CURSUS. XXVI.

Addemus & illud, septenarium numerum totius humanæ vitæ cursum significare, ut Theologi declarant eo Levitici loco: *Septem diebus comedetis azyma*, de quo Paulus: *Epulemur non in fermento veteri, neq; in fermento malitia & nequitia, sed in azymis sinceritatis & veritatis: & non ad tempus, sed omni nostri vita ab huiusmodi pravitate fermento mundi esse debemus.* Nam si septem diebus holocausta, ut LXX. reddunt, offerre debemus, necesse est diebus septem nos puros permanere: quia non debent, qui sacra ferunt celebrantq;, criminis cuiuspiam sibi esse conscii.

DIMENSIO. CAP. XXIX.

Non eram autem super digito quicquam ulterius philosophaturus, nisi mihi venisset in mentem, in mensuris quoque multa delitescere hieroglyphica, eaque plurimum de Divinis. Mensuram vero

A vero ipsam digitorum esse siliam. Nam Aegyptii mensuram ex digito posito ideo significabant, quod tota metiendi ratio à digito principium capiat. Mensura enim, ut apud Aristotelem, à minimis oriri debet, atqui digiti sunt omnium membrorum minimi. Neque me praeterit, novissimos quosdam mensuram principium. perinde ac etiam ponderum, à grano tritici desumpsisse: ut scilicet coherentia grana quatuor, digiti spatium expleant, cuius ratione reliqua mox ad mensum veniant. Ceterum cum veteres ab humanis membris mensuram inchoarent, satis constat ex eorum traditione, digitum omnium mensurarum esse minimam. Ita apud M. Junium Nypsum legas, qui de limitibus agrorum luculentum reliquit opus, cuius de digito verba haec sunt, *Minima pars earum mensurarum est digitus*, quod & Julii Frontini sententiae consonat: si quid enim infra digitum metiamur, partibus respondemus, ut dimidiam aut tertiam partem digiti. Hinc illud apud omnes usurpatissimum, *Latum unguem, aut transversum digitum non scedere*, cum minimum quodque spatium intelligi volunt, & illud, *Leonem ex unguibus asinare*, ad alcaum cum ex minimo quoque vel indicio vel argumento, vel causa, rei totius summam intelligimus. Id inde sumptum, quod memoriae proditum est, Phidiam ex viso Leonis ungue totam feri faciem magnitudinemque, magna artis suae commendatione repraesentasse. Qua vero ratione certa digiti dimensio nationibus omnibus praescribi possit, adhuc incompertum est mihi. Nam apud authores digitus, & quae inde mensurae desumuntur, proportionis potius regulam, modumve quendam, quam certum ullum mensurae terminum ostendere videntur. Quaeque Romae atque alibi, vel in aëre, vel in antiquis marmoribus mensurarum exemplaria signata reperiuntur, nationibus omnibus non inserviunt. Ad haec, hominum facies pro locorum & regionum situ, perinde ac aliorum etiam animalium corpora, tum exilitate, tum proceritate, tum crassitudine diversa dissimiliaque nasci manifestum est: id quod Basilus Magnus à veteribus traditum, à se vero diligenter observatum assererat. Tritici quoque, si mensuram inde quis maluerit exordiri, & pondere & magnitudine, non provinciae tantum, sed regiones singulae, & vel modico inter se distantes intervallo, ac plerumque etiam contigui agri variant. Perque atates, & secula singula, corpora nostra imminui, Homerus, & ab eo Virgilius & Horatius una cum Philosophis tradidere: id quod & majorum nostrorum ossa passim eruta testatissimum relinquunt. Rari enim, qualia nunc hominum producit corpora tellus, ut apud Poëtam est, vel Plinii testimonio, patribus proceriores fiunt, confumente ubertatem feminum exustione, in cujus vices nunc vergat ævum. Quare certa exactaque digiti dimensio, quae pari sit apud omnes mensura, nusquam potest reperiri. Quoniam tamen veteres in eam conveniunt sententiam, ut digitus sit mensurae principium, quae inde mox distribuuntur, mensurarum nomina loco hoc recensere libet, argumentum quidem ab Aegyptiorum sacerdotum inventis non alienum: siquidem in mensuris etiam hieroglyphica quaedam inveniuntur, quae suo se loco prodent, mensurae autem his praecipue capitibus discernuntur, ut loco primo sit digitus, secundo uncia, mox sextans, inde palmus, doron, dochme, spithama, pes, cubitus, gradus passus, orgyia, ulna, hexapoda, decempeda, plethrum, actus, jugerum, stadium, hexaplethron, dialulus hippicum, miliarium, dolichus, parasanga, schœnus, funiculus, stathmus, quorum omnium rationes afferre perdifficile fuerit in multa scriptorum dissentione. Ne tamen Chryssippi Medeam penitus exscribam, ea tantum colligam, quae à probatoribus tradita videbuntur.

DIGITUS. CAP. XXX.

D E Sto igitur digitus, vel ex granis tritici quatuor coherentibus spatium collectum, vel mensura omnium minima, unde Rerum publicarum decreto reliquas astruere necesse sit. Quae vero supra per eo sint hieroglyphica, longa jam narratione supra disseruimus.

UNCIA. CAP. XXXI.

C Erto autem dato spatulo, quod digito attribuitur, uncia sesquidigito constat, ea vero octava palmi portio: ita tamen ut palmum hic accipiamus pro mensura ea, quae *αὐθαμὴ* Graecè dicitur, *ἴνα*. Sedenim ex dimensione Nypsi, uncia supra digitum nihil plus occupat, quam tertiam alterius digiti partem, dum palmum ait quatuor constare digitis, easque esse uncias treis, & ita Frontinus, etiā tradit: quare uncia pars erit pedis duodecima, ut rectè mensores ponunt. Quod si uncia sesquidigito fieret, pes

pes in digitos decem & octo produceretur. De quo vero palmo & hic & illic intelligendum, paulo inferius explicabimus.

SEXTANS. CAP. XXXII.

Sextans sexta pars assis omnino est, uncia quippe duax, ut pondera ad mensuras accommodantur, quae quidem uncia, uti propositum ex nonnullorum traditione, in trium digitorum spatium porriguntur: quamquam, uti dicebamus, Nypsi nonnihil variet mensura. Nimirum vero loco hoc affem pro pede, ut inferius patebit, intelligendum.

PALMUS. CAP. XXXIII.

Sextus seu Dodrans.

Palmus ex Vitruvii descriptione quatuor digitis, ex aliorum vero sententia digitos continet XII Nypsi hunc mensurae modum Sextam appellat, & dotrantem etiam vocitari asserit, quae scilicet palmos tres contineat, uncias quippe novem, qui sunt digiti XII. Causam vero cur in diversi auctores erint in assignanda palmi dimensione, eam esse crediderim: quod Latini appellaborne Palmi tria dimensionum genera complectuntur, quae suis apud Graecos nominibus discernuntur. Ea sunt δῶρον, δοχμή, σιθαμή.

ΔΩΡΟΝ. CAP. XXXIV.

Est vero δῶρον, sive δῶρον fœm. gen. (utrumque enim dicitur) mensura, quam alio nomine παλαισῆν appellant, ut interpretes Hesiodi versu illo enarrant:

Τριπάλμιον δὲ ἄψιν τέμνειν δεκάδωρον ἀμάξην.
In hapsin curru decadoro cade tripalmum.

Hesiodi loci explicatur.

Sedenim hoc Hesiodi loco quaedam oboritur difficultas, quam antequam ulterius progrediamur, ne quod nobis negotium facessat, forte non importunum fuerit explicasse. Quatuor hapsibus curvulis rota conficitur. Ad hujus vero rotæ diametrum Hesiodum pro modulo decadorum curvulis vocat, ut unaquæque hapsis trium sit spithamarum; atque ita necesse est uniuscujusque rotæ circumferentiam, sive curvaturam dicere malimus, duodecim esse spithamarum. Hæ vero doræ sunt xxxvi. spithama enim doras, quippe palæsta tres continet: & palæsta, uti dictum, quatuor est digitorum. Si ergo, ut ostensum est, circumferentia circuli, qui rotam ambit, xxxvi. doris constat, & diametrum unumquodque tertia pars est circumferentiæ, cur non dodecadorum diametrum posuit potius, quam decadorum? ne Geometriæ terminos excederet, veritatique ipsi videretur adversari. Cui difficultati respondetur, decem illas diametri doras ab interiore circuli parte desumendas, de quibus hic intelligit. Duæ vero doræ computantur ab interiore parte rotæ, usque ad circumferentiam exterioriorem: una quippe dora ab utraque rotæ parte. Alii ita solvunt, ut digitos octo, qui doræ sunt duæ expansos intelligant in ea, quæ Ligularia dicuntur, sive Compages dicere velimus, quibus unaquæque hapsis invicem adacta conferatur hoc modo:



Præcipue vero παλαισῆν mensuram esse quatuor digitorum, inde colligimus, ubi Nicander basilisci corporaturam describit, quæ enim Plinius duodecim non excedere digitos affirmat, Nicander eo super τρεῖς δῶρον, Φέρον μήτρον καὶ ἰόν. Interpres ejus, τρεῖς δῶρον, inquit, ἴχυν παλαισῆς, δῶρον γδ ἢ παλαισῆ. Tria itaque dora duodecim explebant digitos, & Plinii basiliscum.

VITÆ BREVITAS. CAP. XXXV.

Explicatio loci Davidus ex Græco.

IN Divinis literis, ut multorum Theologorum est interpretatio, παλαισῆ vitæ brevis est quasi hebraïcè trogliphicum. Nam Psalmo nono supra trigessimum, qui apud aliquos trigessimus octavus est, in Græco canitur, ἰδὲ παλαισῆς, εἶς τὰς ἡμέρας μὲν. Traductione, quam Rufinus citat, scriptū est: Ego ce veteres possi diei meos. Illi enim qui ita reddiderunt, vili mihi sunt, adverbii παλαισῆ, quod usquequiritus apud Latinos est, significatum ex vocis similitudine sequi. Ita & Romanorum exemplar habet, quod & Cassiodorus agnoscit, & in ea locutione plurimum immoratur. Qui Hebræos lo-

A quuntur, alii breves, alii positos à Deo dies in mensura digitorum iv. ajunt: alii palmi longitudine constitutos dies, alii pugilares dies datos, atque ii minima etiam mensura mentionem faciunt. Paraphratici: *veluti in digitis numeratos habere paucissimos dies meos*: Sed illud, *veluti in digitis numeratos*, nihil ad rem: de mensura enim hic est sermo. Quare vulgata traductio, commensurabiles habet, sed sensum non exprimit integrum *της παλαιης*: quare id forte melius quod ex Adama manticio conijcere possumus, si legamus, *Eccc quam breves admodum posuisti dies meos*, quippe cum quatuor digitorum mensura brevis admodum sit, ac perinde vitæ nostræ brevitatem significet. Hinc clamat Jobes: *Nihil enim sunt dies mei*. Ut mislum faciamus Hippocratem, vitam quidem brevem, artem vero longam esse conquerentem, & quæ multa in hanc sententiam dici possent. Euthymius quoque palæstam quatuor digitorum conjunctione fieri, spithamæque tertiam esse partem dicit, ac perinde minimam omnino mensuram, eoque nomine paucitatem dierum, quos vivimus, intelligi. Sed quoniam id nomen *δοξ της παλης* deduci possit, interpretari etiam posse dicit Contentiosos, seu laboriosos dies, hoc est, lucra pugnaque plenos: in lucra enim labore ac contentione multa utimur. Ideo vero Dori nomine mensuram eam appellari dicunt, quod eorum plurima quæ donantur (id enim est vocabuli significatum) ab eodem digitorum loco amittantur, quod *παλαιης* constat, à quatuor quippe digitis. Plinius antiquos ait Græcos vocasse *δωρον*, quem nos palmum. Vitruvius quoque, quem nos palmum *δωρον* ait à Græcis dici, quod munerum datio Græcè *δωρον* appellatur. Id autem semper per manus geri.

Job. 7. cap.

*Sic de δωρον
δωρον
palmam porrecliam, & in versutu inter palmam porrecliam & extremitatem digiti medii.*

ΔΟΧΜΗ. CAP. XXXVI.

Dochme dimensio est decem digitorum. Sunt tamen qui *δοχμήν* mensuram eandem esse putent cum Doro: quatuor quippe digitorum in exporrecta manu coherentium ita ut *δοχμή* & extremitatem digiti medii efficiant. Atque apud aliquos invenias *αρισταμήν δοχμήν* etiam appellari, atque id apud Hesiodi commentatores.

ΣΠΙΘΑΜΗ. CAP. XXXVII.

Σπιθαμή omnino duodecim est digitorum: quippe quod à digiti auricularis ungue ad extremum usque pollicem occupamus. Plinio libro vii. cap. altero, ubi de Pygmæorum statura loquitur, ternas eos spithamas longitudine, hoc est, ternos dodrantes non excedere dicit. Dodrantem posuit Plinius ratione pedis habita, ex quo si dematur quadrans, reliqui erunt digiti duodecim, eaque pars quæ tribus constat quadrantibus, Dodrans nimirum appellatur. Frontinus spithamam etiam Sextantem dici scribit, habereque palmos tres, uncias novem, digitos duodecim.

Quibus constat spithama, & hieroglyphica. Hinc illud Diogeniani Σπιθαμή & bis spithama dicitur.

DEUS. CAP. XXXVIII.

Adducit hæc rerum series in memoriam id, quod Propheta, plurimum hieroglyphico, si non caractere, idiomate certè hieroglyphicis perquam simili utentes, Deum appellatione Spithamæ vocitarunt, penes quem scilicet sit rerum omnium facultas, supremæque authoritas: manu passa propemodum occupata, qua singula ordine tenoreque certo temperat ac moderatur, neque non fines aquis terminis distributos, dimensionesque omnibus, quæ in universo mundo sunt, rebus lege sua dipartitur. Moris enim est oblatarum rerum magnitudinem spithamis, quæ nobis promptuaria est mensura, dimitiri. Quod vero dictum de omnipotentia Dei, sufficiat unus ex quadragesimo cap. Esaiæ locus: *Quis mensus est pugillo aquas, & calum palmo ponderavit?* & quæ sequuntur. Ubi Hieronymus: *Quod autem pugillum vocat & palmum, humanæ consuetudinis verbis utitur, atque mensuram, ut Dei potentiam per nostra verba discamus*. Et paulo post *αρισταμή* autem, hoc est, palmus, extensam significat manum à pollice usque ad extremum digitum. Quæ vero ibidem posita sunt de lichano gustatore, ut idem interpretatur digito, ac perinde minimo, alii viderint.

VITA BREVIS. CAP. XXXIX.

In Spithama autem, ut superius dictum, vitæ brevis hieroglyphicè habetur, quod à Græcis authoribus positum est, ut minimum vitæ spatiolum mensuræ ejusmodi parvitate significaretur, usurpaturque

usurpaturque plurimum ad uniuscujusque rei brevitatem indicandam, præsertim ubi in pu-
miliones cavillum vertitur, uti de Pygmæis dictum, quos in derisum Trispithamos scurræ vo-
cant.

PES. CAP. XL.

Pes nemine discrepante digitis constat sexdecim, quare qui scribunt eum palmis quatuor confici,
palmam accipiunt, ut Vitruvius τὸ δάκτυ. Dividitur vero hujusmodi dimensio in uncias duo-
decim: & est sexta pars altitudinis in humano corpore. Frontinus pedem ita describit ut cum di-
cat habere palmos quatuor, uncias duodecim, digitos sedecim.

CUBITUS. CAP. XLI.

Quibus con-
fiet cubitus.
Pollux ta-
men medi-
um manus
digitum
καὶ γὰρ
γῶνα πο-
cat.

Cubiti quoque ratio ideo varia est, quia palmus varie accipitur. Nam qui duobus eum conficit
palmis dicunt, digitos omnino quatuor & viginti commemorant, dum cubiti spatium id esse
dicunt, quod ab extremis unguibus in medium brachii angulum protenditur. Id nimirum sequi-
pedale est, & Græcis Pygon dicitur, unde Pygmæi Eustathio. Ita palmi illi duo pro totidem do-
drantibus accipiuntur. Neque diversus erit à Nypso & aliis Vitruvius, qui cubitum senis, more suo,
palmis dimetitur, cum duci procul palmos quatuor quemque digitis porrexerit. Cubitum pictoris
quartam corporis nostri partem esse voluit. Apud Herodotum cubitum invenias viginti digito-
rum tantum, differreque ab eo qui dicitur πῆχυς: de quo videris apud Suidam. Est etiam cubitus
regius, qui major est communi tribus digitis, de quo idem Herodotus primo. Est & cubitus geo-
metricus, qui dimensione una sex cubitos è nostris æquat, ut Origenes & Augustinus retule-
runt.

TEMPERANTIA. CAP. XLII.

Heroglyphicum vero cubiti una cum freno manu prætento, temperantiam præ se fert, unde
Nemeseos simulacrum insignibus his conspicuum habeant, cujus hæc erat inscriptio:

Ἡ νείμεις ἀπολέγει τὸ πῆχυ τὸν χαλιῶν,
μητ' ἀμείρεθ' ἐν ποίαν μητ' ἀχάλινα λέγειν.
Una manus cubitum ostentat, gerit altera frenum:
Illa, modum serva: hæc admonet, os cobibe.

DELICIOSUS. CAP. XLIII.

Sunt qui deliciosum molliculumque hominem, ne he-
roglyphica hæc elabantur, ex cubito cervicali innixo no-
tent. Signum inquit Adamantius, mihi videtur, voluptatis
carneæ sub cubito manuum cervicali assutum sumptum id
ex Ezechiele, qui dicit: *Va is qui assuunt cervicalia sub
omni cubito manuum:* nimirum eos intelligens, qui pro-
pter animi corporisque molliem à virili recedunt fortitu-
dine, & nequiter effoeminantur. Forſitan autem, addit,
Adamantius, sermo divinus per hujusmodi figuram & ar-
gumentum eos culpât magistros, qui per vaniloquentiam
& falsæ beatitudinis promissiones (quod nostro, quippe
corrupto tempore, supra modum invaluit) multitudinem
audientium libidini, vitii voluptatique summittunt. Addit
etiam Propheta, de capitis velamine quadam, quoniam his præcipuè temporibus valde suspecta
sunt, consulto præteribimus: quæ si quis curiosius appetierit, ejusdem Origenis homiliam legat
in Ezechielem tertiam, de que temporum nostrorum proceribus dicta omnia interpretabitur.



Ezech. c. 3.
Mystica cu-
bi si signi-
ficatio.

GRADUS. CAP. XLIV.

Gradus, quem alii Gressum dicere malunt, & Græci τὸ βῆμα appellant, uno constat cubito &
pede: quod spatium tantumdem est ac pedes duo & semis, vel digiti quadraginta.

PASSUS. CAP. XLV.

Passus à passis manibus dici videtur. Alii passum quinis tantum pedibus constare putant, quo spatium gressus duo recensentur, sintque digiti octoginta. Nam spatium quod passis manibus occupamus, in sex & nonaginta digitos exporrigitur, quæ integra est quadrati corporis proceritas.

Vel spatium quod in spatio pedum.

ORGYIA. CAP. XLVI.

Orgyia Herodoto sex pedum est, Mensura eadem à pedum numero Hexapus dicitur. Orgyia Suidas inter expansas manus capit, quæ quidem mensura cum par sit proceritati humani corporis, nulli dubium & Suidam & Herodotum idem sentire. Libr. Pandect. x. tit. Fin. reg. capit. ult. fodienti puteum passum à vicino limite abesse oportere, interpret Latinus posuit. Lex ea Solonis à Cajo recitata, Græcè scripta est in Codice Pisano, qui Florentiæ asservatur, & *orgyias* hic habet, quæ quidem mensura una plus pede crescit, & alias, uti ostensum, *ἑξάπους* vocatur. Theodorus ex Aristotele interdum Passum vertit. Sed cum Orgyia, uti dictum, uno plus pede supra passum porrigatur, non satis recte videtur expositum, ut passus à passis manibus dicatur: id autem si admittitur, recte Theodorus. Sedenim omnino variat ipsa passuum mensura, pro regionum ritu & institutis.

Herod. l. 2. Solonii Lex.

Vel quod patet in spatio pedum.

ULNA. CAP. XLVII.

Ulnam Servius, & plerique alii eadem cum ea quam memoravimus Orgyia videtur interpretari, neque tamen inficiatur, longè minori spatio ab aliis describi. Sunt vero qui urnam Orgyiaè dimidium esse velint, nomenque id, atque ea fere trium pedum mensura in plerisque Italiae locis permansere. Quare quod apud Plinium legitur lib. xvi. cap. xli. de Abiete, cujus crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat, hominibus quatuor admotis, arboris ambitum ulnis octo completum intelligendum. Si vero ulnas altero modo maluerit quis intelligere, nihil laboraverim. Sane huiusmodi amplitudo mihi non est miraculo, qui & abietes & larices & arbores alias vastitatis incredibilis inspexerim in Noricis Alpibus enatas.

In Bucolic. Eccl. 4.

Nempe spatium in quantum utraq; extenditur manus.

DECEMPEDA. CAP. XLVIII.

Decempeda, quæ Græcè *δεκάπους*, suos se prodit nomine. Ea vero & Acana est. Thessalorum quidem inventum, ut apud interpretem Apollonii Argonauticis legimus. Porrigitur nimirum ea in digitos centum sexaginta, qui duo passus essent, non tamen Orgyia. Eo dimensionis nomine sepe utitur Cicero, & decempedatorem, Metatorem appellat. Eo fere spatio à vicino abesse lege xii. tabularum iubetur is, qui ficum aut oleam in agro plantaverit: nam si quid aliud severit, satis est quinque abesse pedes. Quamquam super huiusmodi limitatione libr. Pandect. x. tit. Fin. red. Solonis lex à Cajo recitata, non satis ex fide Latinis reddita. Nam quod interpret reddidit, *Olivam autem aut ficum novem pedes ab extrema regione plantet, alia autem ligna quinque pedes*, in Pandectis quæ tanta veneratione Florentiæ custodiuntur, ita Græcè scriptum reperi, *ἑλαιαν δὲ ἢ συκῆν ἐνεία πόδας ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίου φωνή, ἢ δὲ ἀλλὰ δύο πόδας*. Ex quibus verbis manifestum, olivam quidem vel ficum pedes novem procul ab alieno solo plantandas, ceteras autem arbores duos tantum pedes abesse posse. Sunt & alia eadem lege, quæ aliter habent in Pisano codice, ipso, quam passim in impressis voluminibus præstitum, de quibus alibi differendum: nunc nostrum sequamur institutum.

Solonii Lex.

ACTUS. CAP. XLIX.

Actus pedibus constat centum & viginti, qui passus essent quatuor & viginti.

JUGERUM. CAP. L.

Jugerum, ut Varro finit, constat ex actibus duobus quadratis. Unde Quintilianus ducentos & quadraginta pedes ponit in longitudinem, dimidium in latitudinem, quod uno iugo Boum in die arari potest: de quo, quia pleni sunt omnes Grammaticorum libri, non est ut plura inculcem.

Varro l. 2. Plin. lib. 18. cap. 3.

STADIUM. CAP. LI.

Stadium dupliciter consideratur, alibi pro spatio cursoribus in agone destinato, alibi certum est mensuræ limitibus agrorum metandis comparatum. Atque hoc plurimum centum viginti quin-

Theophilus lib. 2. Institutionum.

ginti quinque passibus nostris terminatur, qui pedes essent DC XXV. Ea summa octies computata mille facit, quæ dimensio proximè accedit ad eam, quam ponit Herodotus II. ubi de labyrintho, ἀδὲ ἑκατὸν ὄργυια δίκαια εἰς στάδιον ἐξ ἀπλοῦς Orgyia centum iusta stadium conficiunt hexaples braui. Quod vero ad agones pertinet, Græci stadium suum ducentis pedibus metiuntur. Sed Herculeum periti herois staturam ex eo stadio, quod ipse suis pedibus metitus est, prodidere. Italicum porro pedes continet CXXV. auctore Cenforino. Erat & stadium Pythicum, quod pedibus mille consistitisse tradunt: Olympicum, quadringentis tantum. Sic colligimus ex his stadium non fuisse certæ mensuræ spatium, sed parts illius, quæ alicubi brevior, alicubi longior fuerit, agonibus delin-

Autor A.
Cælius lib.
2. cap. 1.
Conf. c. 12.

Plutarchum
& Suidam.

PLETHRUM. CAP. LII.
Plethrum vero mensura est centum pedum, sexta quippe stadii pars, ut apud auctores Græcos passim habetur, πλέθρα ἑξ σταδίων ἑξακοσίων πεδῶν ποδοί. Tantumdem vero est, centum id consistere orgyis dicere, cum, ut superius dictum, orgyia sex occupet pedes.

D. Hier. 1200
constare ait

DIAULUS. CAP. LIII.
Diaulus mensura est duorum stadiorum. Cæterum varietas stadiorum effecit, ut diaulum nonnulli ducentis constare cubitis crediderint. Quin & cubitus ipse, ut suo loco dictum, plurimum habet varietatis.

Vel 100. passibus
suis, unde et
nomen.

HIPPICUM. CAP. LIV.
Hippicum, quo scilicet Equi ad cursum admittebantur, duplo majus diaulo fuit: nam quatuor id stadia comprehendisse, Plutarchus auctor est.

Vel 100. passibus
suis, unde et
nomen.

MILLIARIUM. CAP. LV.
Milliarium, ut Junius Nypsius, octo stadiis constat: ut Vitruvius, pedibus quinquies mille, atque ita stadium id assumitur, quod cxxv. passibus nostris terminatur, quos pedes esse diximus sexcentos quinque & viginti, quinis unicuique passui pedibus adnumeratis.

Δολιχός,
ut de longi-
tudine tem-
poris, ita &
stadii, &
mensura di-
citur, à cur-
su ὁ δολι-
χέως, do-
licum cur-
ro.

DOLICHUS. CAP. LVI.
Dolichus, ut nonnulli ponunt, stadia continet duodecim, unum quippe milliarium & semis. Qui vero quatuor & viginti aut uno minus ponunt, quæ tria esset milliaria, recursus rationem mihi habuisse videntur: erat enim locus, ubi Equi sunt cursu exerceri soliti cursu septies iterato: quare à flexu locus ita nuncupatus. Apud Pindarum invenies, & octies & duodecies iterationem ejusmodi fieri solitam, pro Equorum, qui jungebantur, modo: de quo in commentario de Metis diximus. Ita patet illud apud Chrysofomum in epistola ad Philippenses homilia prima: *Et enim qui postquam decem dolichos cucurrerit, si post deficiat, omnem amisit laudem*: dictum, quia scilicet duo adhuc dolichum erant decurrendi.

Perse quo-
que schænis
& parasan-
gas, alii alia
mensura de-
terminant.
Plin. lib. 6.
c. 26.
Leugua gal-
lice, sicut

PARASANGA. CAP. LVII.
Parasanga, mensura Persicæ, in stadia triginta porrigitur. Herodoto ea essent tria milliaria & semis, qua dimensione in itineribus Transalpinae nationes plurimum utuntur vulgo Leugua appellantes: quamquam & Leugua spatium pro locorum regionumque situ plurimum varient, quippe quæ inter Alpes, breviores, in Germania vero atque Galliarum campis, longius protrahuntur. Denique eam mihi videntur rationem habuisse, ut quantum itineris una hora obequitando confici posset, id ea nuncupatione appellarint: ideoque cum difficilior ac perinde tardior sit ingressus per Alpes, Leugas item eidem breviores constituerunt.

Herod. 1. 2.
Plin. lib. 12.
c. 14.

SCHOENUS. CAP. LVIII.
Schoenus duas occupat parasangas, quæ septem essent milliaria. Hæc inter Aegyptiacas mensuras adnumerantur ab Herodoto. Nonnulli stadia ea quinquaginta continere tradunt. Plinius ex Erato-

A Erathostenes rationes quadraginta tantum, qui passus essent quinquies millia. Aliqui stadia xxii. singulis schœnis attribuere. Atque ita mensurarum hujusmodi inconstantiam diversitas authorum fecit, sive loca, sive tempora rationem hanc omnem variarint, quemadmodum in ponderibus tanta scriptorum dissensione omnia conturbata.

HÆREDITARIA PORTIO, SORSVE. CAP. LIX.

Invitat vero me nominis similitudo, ut quid Schœni vocabulo velint Divinæ literæ, aperiamus. Apud Hebræos enim mensuræ genus erat sub funiculi nomine nuncupata, per quem portionem eam indicabant, quæ in agrorum divisione huic & illi obvenisset, transibatque vocabulum ad hæreditates & patrimonium. Unde Moseos cantico, Deuter. *Funiculus hæreditatis sue Israel.* & Psalm. 77. *Et forte divisti eis terram in funiculo distributionis.* Et 47. Ezechielis: *Joseph duplicem funiculum habet,* & passim multa hujusmodi. Aegyptiis porro mos, ait Prodicus, ut apud Max. Tyrium est, terram metiri funibus: quod & Hieronymus agnoscit tertio Joëlis cap. ubi Septuaginta ait transfuisse, *μαρὸν τῶν χοίνων* quod alii, *correntem spinarum* fecerant, funiculum ait *χοῖνον*, aut juxta Aegyptios mensuram certi itineris. Unde in Psalmis: *Semitam meam & funiculum meum investigasti.* In Nilo enim, *metaphora.* subjicit, *flumine sive in rivis ejus solent naves funibus trahere, certa habentes spatia, quæ appellantur Funiculos, ut labori defessorum recentia trahentium colla succedant.*

VITÆ PROGRESSUS. CAP. LX.

Quia verò vericulum obiter ex tricesimo nono supra centesimum Psalmo citavimus, *τὴν τριήκοντον* *Septuaginta* *forte pro* *χοῖνον,* *funiculum.* *μαρὸν τῶν χοίνων* *meam & funiculum meum investigasti,* transfulerunt quidam, *Examina*sti, à vestigio tamen est *ἐξινιάζω*: quamvis qui Hebræicam sequuntur lectionem, grabatum ex junco factum, non funiculum, intelligere videantur, dum *τῆς χοίνων* *μαρὸν τῶν χοίνων*, *ac cubitum meum* *eventilasti,* reddunt. Quinetiam Chaldææ Arabicæque lectionis traductio in hanc ipsam sententiam habet. Sed & quando ambulare in via, aut quando accubero ad studendum, legi Sed quoniã Græca lectio jam recepta est, quam, ut plerisque locis apud Hieronymum video, eam esse arbitror quã Septuaginta transfudere, eam secuti, quid in ea hieroglyphici contineretur, exposuimus. Quam vero schœni funiculive mensuram apud Aegyptios & Persas esse Euthymius tradit, eandem ait, nostri propemodum stadii longitudinem æquare.

STATHMUS. CAP. LXI.

Stathmus, quod itineris diurni spatium est, produci fertur stadiis centum & quinquaginta, quæ milliaria essent undeviginti, quadrante minus. Nam & Jurisconsultorum tabulæ viginti milliaria diurnis itineribus concesserunt. Jocoſe vero Lucianus *ἄπειρὸς ἢ ὀλίγω* ludit, *ἕκκον τετρακίλειοι ἡμέρας* *cap. 13* *ἀσπί- ἡσαν δὲ πρὸ τῆς αἰῶνος πρὸς τὴν σελήνην, ὁ πρῶτος ἡμῶν σταθμὸς*: Numquid tria millia stadiorum sunt à terra gnata spatium ad Lunam usque, qui primus nobis stathmus, id est, quod itineris spatium uno die peregrimus? sed ut fabulas omittamus, fatius fuerit, tot decursis spatiis commodum quiescere: quamvis adhuc digiti quoquo verum accepti quasdam habent dimensiones, quarum norma modoque reliquum totius humani corporis dimetitur, mensura in hoc vel illo membro nunc parte pari, nunc geminata, in pluribus triplici: quippe pollex expeditus, ut supra innuimus, ejusdem mensuræ est cum infamis dimidio aure, cum naso, cum fronte & ore, cum infima brachii latitudine, & partibus plerisque aliis. Verum cum hæc ad pingendi sculpendique artem potius, quam ad suscepti operis negotium pertineant, eam artificibus operam relinquentes, imaginum significata, non artem pingendi, exponere prosequemur.

